



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 145. Militaris disciplina in Galliis restaurata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

modum Calixtus III. eundem decrevit su-
 premum belli sacri Præfectum adversus Sæcul. XV.
 A. C. 1404.
 Infideles, quorum triremes haud procul
 a Rhodiorum Insula dissipavit, jam antea
 Lemno, aliisque Archipelagi Insulis in
 suam potestatem redactis. Tandem Ro-
 mæ anno Incarnationis Dominicæ qua-
 dringentesimo sexagesimo quinto supra
 millesimum extremam clausit diem, & an-
 nos natus sexaginta quatuor Mediolani
 sepultus est.

§. CXLV.

*Militaris Disciplina in Gallies refor-
 mata.*

Hoc anno in solemnibus Galliarum Procerum Monstralet.
 conventu, qui a Rege Aureliam co-
 vol. 2.
 actus fuit, conclusum est, ut ad pacem Joan.
 Chart. hist.
 Carol. VII.
 procurandam, sine qua omnis reforma-
 tio non solum sine fructu foret, sed nequi-
 dem fieri posset, cuncta demum media
 conquirerentur. Præterea Carolus Rex
 serio animum adjecit suum, ut excogita-
 tis opportunis viis populus onera, qui-
 bus militares copias alere tenebatur, fa-
 cilius sustinere posset. Lege itaque cau-
 tum est, ut durante bello gravis armatu-
 ræ Equites in expeditas militum manus
 rite ordinatas reducerentur, nullusque
 plures quam tres equos aleret: antea
 enim quivis octo imo, & decem equos ad
 por-

Sæcul. XV.
A. C. 1440.

portandas farcinas habebat, præter gentem famulorum numerum, qui quæversus excurrebant, totamque Regnum expilabant. Insuper statutum, ut Satellitum bini tres duntaxat equos secum ducerent, illisque juxta hunc numerum stipendia solverentur, denique ad regni fines stationes suas haberent. Displeuit tamen hæc militaris disciplina tantum Proceribus, quam belli Præfectis; quapropter quorundam Aulicorum æmulatione penitus everfa est; hi enim ægerrime ferrebant, alios præter se majori apud Regem gratia ac auctoritate valere.

§. CXLVI.

Conspiratio in Galliis adversus Connestabilem.

Ea tempestate apud Carolum Galliarum Regem gratia, & auctoritate maxime valebant Carolus Andegavensis Cenomani Comes, necnon Richemundus itidem Comes ac Franciæ Connestabilis: ceteri vero Principes, cum Regem nonnisi duobus vel tribus privatis addictum, eosque solos totius quasi regni dominatum gerere viderent, id ultra æquo animo ferendo impares, in Ministros, Regisque Confiliarios seditionem concitare intendebant. Antesignanos illius sese præbebant Aleconius, Borbonius, necnon Vindocinensis

Duces